

*McGraff*

68/14 A

Dup

Expositio introductiva

De hominis condicione in mundo hodierno

4. (De spe et angore) Ad tale munus exsequendum, Ecclesiae omni aetate officium incumbit et signa temporum perscrutandi et eadem sub Evangelii luce interpretandi. Quo fit ut modo unicuique generationi apto ad perennes hominum interrogations de sensu vitae praesentis et futurae deque earum ab invicem relatione respondere possit.

Oportet itaque ut mundum in quo vivimus nec non eius expectationes et appetitiones et indolem saepe dramaticam quibus notatur cognoscamus et intelligamus. Principaliores guidam huius mundi hodierni aspectus sequenti modo delineari posseint.

(Sequitur textus ut in pag. 6, linn. 26 - 31; postea vero:)

De vera sociali, culturali et religiosa transformatione loqui non dubitent.

(Pag. 7, linn 1 - 12:)

Numquam genus humanum tantis divitiis, facultatibus, potentiis oeconomicis abundavit, dum tamen ingens pars incolarum orbis fame torquetur et innumeri litterarum ignorantia plane laborant. Numquam homines tam acute ut hodie sensum libertatis habuerunt, dum nova interea genera socialis et psychologicae servitutis exsurgunt. Numquam mundus suam unitatem nec non singulorum complementariam indolem in ineluctabili coniunctione animorum tam vivide persensit, et numquam sicut hodie, viribus inter se pugnantibus, tam graviter in opposita distrahitur; dissensiones politicae, so- ciales, oeconomicae, raciales et ideologicae imminutae non sunt (vel "ad hoc perse-  
verant"), et aliunde novum bellum cuncta usque ad ima destruere minatur.

*Observatio fratris  
Praesentum  
internationale*

*Tirre  
monde*

*Aper  
etiam.*

Dum conscientia solidarietatis humanae et commercium idearum augetur, verba ipsa quibus magni momenti conceptus exprimuntur sensus sat diversos in distinctis ideologiis induunt. Sedulo temporalis perfectior quaeritur ordination<sup>a</sup>, et ex parte quoque invenerit, <sup>if den</sup> vitae autem moralis ratio apud eosdem non rare misere deturpatur. Crescit apud nonnullos religiosae vitae sansus eiusdemque coordination<sup>a</sup> atheismus vero altera ex parte sub formis diversis sociale factum evasit.

*Oppositionibus*

Ex tot tantisque immutationibus plurimi coaevi nostri difficultatem experiuntur et in perennibus valoribus rite dignoscendis et in novis exsurgentibus integrandis; exinde, inter spem et angorem agitati, de praesenti rerum cursu sese interrogantes, inquietudine premuntur. Qui cursus rerum hominem ad respondendum provocat, immo ineluctabiliter constringit.